

Tractatus Tertius

Actio est secundum quam in id quod subijcitur agere dicitur. ut secans aliquis dicitur agere in eo quod secat. Unde sectio est actio secundum actionem agit secans in id quod secat et percussio est actio.

Postquam Petrus huius de quatuor principalioribus predicamentis determinavit habentibus simpliciter modum predicandi de subiecto, quod advenit subiecto ab intrinseco. Dicitur autem determinat de alijs predicamentis minus principalibus quorum modi predicandi fundantur in modis aliorum et advenit subiecto ab extrinseco. Ratio ordinis ad predicta est, quod quatuor prima principaliora sunt predicamenta secundum sex sequentia. modo magis principale precedit minus principale. Alia ratio est, quod causa est ante causatum. scilicet ista sex causant effectivum ab alijs precedentibus. secundum sequitur ea. Dicitur autem primo actio et passio causant a qualitate, quod aliquid agit per naturalem potentiam, et aliquid patitur per naturalem impotentiam. Quibus causatur a loco quod est in predicamento quantitatatis. Et quibus causatur a re, scilicet habitus a re habitata et ab ipso habere causatur, et sic causatur a subiecto. Sic autem causatur a quantitate, ut patet per eius definitiorem. Et dicitur notanter (effectivum) quod in genere cause formalis repugnat unum predicamentum causari ab alio, cum in genere cause formalis quolibet predicamentum sit primum principium. Sed ratio ordinis quare prius determinat de actione quam passione sumitur ex eodem principio, quod passio causatur ex actione, et actio immediate est causa passionis, scilicet causa est ante causatum, et inferens ante illatum, ergo actio precedit passionem. Determinando ergo de actione primo definit eam. Dicens, actio est secundum quam in id quod subijcitur agere dicitur. In qua definitio forma accidentalis ponitur loco generis, et aliquo modo datur intelligi per illud relatum quam, et eorum residuum ponitur ad dictionem aliorum predicamentorum. Et (secundum) in definitione dicitur circumstantiam cause formalis et non efficientis, quod secundum qualitatem et formam substantialem agere dicitur effectivum, sed non formaliter, sicut secundum actionem dicitur agere in illud quod subijcitur, id est in passum.

Queritur utrum actio sit predicamentum ab alijs distinctum. Dicitur quod sic, quod est generalissimum habens sub se species subalternas, species specialissimas, et individua. Species subalterne sunt actio immanens et actio transiens. Actio immanens est per quam producit aliquid operatio, et ubi preter operationem non est aliqua res operata, ut actio producendi intellectum vel volitionem. Sed transiens est per quam producit res aliqua que non est operatio, ut frigiditas factio actualis. Species specialissime sunt frigiditas factio calefactio etc. Sed individua sunt hec frigiditas factio, hec calefactio. Et est predicamentum distinctum, quod habet distinctum modum predicandi de prima substantia, que est predicari in quid agit, ut cum queritur quid agit fortis, convenienter respondet calefacit, et sic eius denotatum est quale actuum.

Ad omne agens est patiens, ergo omnis actio est passio. Venit prima per locum a coniugatis. Sed ante probatur, quod agens in agendo reparatur primo de generatione. Dicitur quod illa autoritas habet veritatem in agente